



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Narbonensi Et Arelatensi Archiepiscopis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

NARBONENSI ET ARELATENSI  
Archiepiscopis.

Epist. 151.  
De negotio  
Comitis Tolo-  
lani.

\* Vide supra  
pag. 346.

**V**eniens ad præsentiam nostram nobis exposuit questione se super processu Legatorum nostrorum multipliciter aggravatum, & licet bona memoria magister Milo Notarius noster gravia mandata eidem injunxit, illa tamen pro magna parte se asserit impleuisse, ad hoc quarundam Ecclesiæ testimoniales litteras exhibendo in quibus continebatur expreßè quod eisdem satisficerat competenter, adiciens se paratum ad ea quæ nondum impleverat sufficienter implenda. Vnde à nobis suppliciter postulavit ut super fide catholica, de qua dudum, licet iniuste, habitus est suspectus, indicet sibi purgatione legitima, in nostra præsentia ipsum purgari ac demum sua sibi castra restitu faceremus, ne sub præstite cautione obtinu in perpetuum illa detineri contingat in ejus præjudicium & gravamen. Quamvis autem juxta obligationis ab eo præstite formam castra eadem affirant ad jus & potestatem Romanæ Ecclesiae devoluta, cùm multa ex iis quæ sibi fuerant injuncta non curaverit adimplere, quia tamen non decet Ecclesiam cum aliena jactura ditari, nos eundem Comitem apostolica benignitate tractantes, de fratribus nostrorum consilio ita duximus providendum, ut propter hoc à prædictorum castrorum jure Comes ipse non decidat, nec ei obster quod quosdam subditorum suorum à jure ac servitio & debito fidelitatis absolvit si ea quæ injuncta fuerant non impleret, dum tamen adhuc devotus adimpleat quæ injuncta sibi esse noscuntur, cui ex eo quoque curavimus utiliter providere quod terram suam illæsam fecimus conservari ab exercitu Christiano qui ad expugnandum haeticos de mandato nostro processit, & per eundem adversarij ejus penè penitus sunt destructi. Quia verò inter ceteras causas quæ ad apostolicæ sedis magisterium referuntur, in illa est cum subtiliori examine ac maturiori providentia procedendum in qua de articulis agitur fidei Christianæ, Legatis nostris duximus injungendum ut infra tres menses postquam litteras nostras receperint, in competenti loco Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Priorum, Baronum, Militum, & aliorum etiam quorum præsentiam noverint opportunam, Concilio convocato, si ante compleatum Concilium contra præ-

tum Comitem, quem interim ea quæ injuncta sibi sunt præcipimus adimplere, super deviatione fidei orthodoxæ ac \*nece\* sanctæ memorie Petri de Castronovo tunc apostolicæ sedis Legati legitimus apparuerit accusator, ipsi auditus utrinque propositis, usque ad sententiae diffinitionem procedant, & remittentes ad nos causam sufficienter instructam, præfigant partibus terminum competenter quo nostro se conceperit repræsentent sententiam recepturæ, quod si accusator non apparuerit contra eum super articulis antedictis, ipsi consilio prudenti deliberent cum qualibus & qualiter idem Comes legitimè debeat se purgare, ut ubi orta est ejus infamia moratur; & si purgationis formam ab ipsis cum Concilij approbatione provisam dictius Comes duxerit acceptandam, ipsi eam indicant eidem, in qua si forte defeccerit, ille, præfatis castris in sua potestate retentis, nobis rei seriem intimare procerent, id ipsum facturi si forsitan ex hujusmodi forma indicenda sibi purgationis queratur injuste sibi imminere gravamen, & in utroque casu apostolicæ responsionis oraculum expectetur; quod si legitime se purgaverit, sicut ab ipsis receptorum in mandatis, ipsi eum virum catholicum publicè nuntient, & super dicti Legati nece penitus innocentem, supradicta castra plenariè restituent eidem cùm ea quæ sibi mandata fuerint ab ipso fuerint adimplata, recepta tamen super observatione pacis, ad quam se in perpetuum obligavit, alia idonea cautione; proviso prudente ne propter malitiosas & frivolas questiones mandati nostri valeat executio impediti. Datum Laterani pontificatus nostri anno duodecimo.

Dicit in hoc loco adnotatio diei quo data est hæc epistola. Verum ex epistola c. lxxviii. videtur posse colliguntur datam fuisse v. i. Kal. Februario.

EPISCOPO REGENSI, ET  
magistro Thediso Januensi Canonico.

**V**eniens ad præsentiam nostram nobilis vir R. Tolosanus Comes sua nobis exposuit questione se super processu vestro & aliorum Legatorum nostrorum multipliciter aggravatum, & licet bona memoria magister Milo Notarius noster &c. usque fidei Christianæ, volumus & mandamus ut infra tres menses post susceptionem præsentium &c. usque quorum præsentiam noveritis opportunam, Concilio convocato &c. ut in alia usque accusator, vos auditis utrinque propositis &c. usque ad sententiae calculum procedatis, & remittentes

Vide lib. 16  
epist. 39.